Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



cas et pepererunt filios & filias
Porro earum nomina samaria
oolla & hierusalem ooliba ma for
mata est igitur oolla sup me &
insanuit in amatores suos in assi
rios propinquantes uestitos iacint
to principes & magistratus. Juue
nes & iudices equidinis u mulos
equites ascensores equorum &
dedit formicationes suas sup eos
electos filios assiriorum omnibus
Et in omnibus in quos insam
uit in mundicis eorum pollu
ta est. Insup & formicationes suas
quas habuerat in egipto non reli
quit. Nam & illi dormierunt cum
ea in adolescentia sua & ipsi contre
gerunt ubera pubertatis eius. et
effuderunt formicationem sup illam
Propterea tradidi eam in manus
amatorum suorum in manus fi
liorum assur super quarum in
sanuit libidinem. Ipsi discoope
ruerunt ignominiam eius filios &
filias tulerunt eius & ipsam oci
derunt gladio. Et facta sunt fa
mose mulieres & iudicia perpe
trata sunt in ea. Quod cum uidisset
soror eius ooliba plus quam ma
insanuit libidine & formicationem
suam sup formicationem sororis sue
ad filios assiriorum prebuit ipsi
denter ducibus & magistratibus
ad se uicinantibus induti uestime
nta. Equitibus qui uectabant
equis & adolescentibus forma cas
tis egregia & uidi quod polluta es
set uia una ambarum et auxit

formicationes suas. Cumque uidisset
uiros depictos in pariete ymagines
chaldeorum expressas coloribus &
accinctos baltheis renes & tinctas
tiaras in capitibus eorum forma
dignam omnium similitudinem fi
liorum babilonis terre chaldeorum
in qua orti sunt. Et insanuit con
eos concupiscencia oculorum suo
rum et misit nuncios ad eos in chal
deam. Cumque uenissent ad eam fi
li babilonis ad cubile mamarum
polluerunt eam stupris suis & pol
luta est ab eis & saturata est anima
eius abillis. Detexitque quoque for
nicationes suas & discooperuit ignomi
niam suam & recessit anima mea
ab ea sicut recesserat anima mea
a sorore eius. Multiplicauit enim for
nicationes suas recordans dies ado
lescentie sue quibus fornicata est
in terra egipti & insanuit libidine
sup concubitum eorum quorum car
nes sunt ut carnes asinorum & sic
fluxus equorum fluxus eorum. et
uisitasti scelus adolescentie tue qui
subacta sunt mesupto ubera tua
et contractae sunt mamme pubertatis
tue. Propterea ooliba hec dicit do
minus deus. Ecce ego suscitabo o
mnes amatores tuos contra te quibus
satiata est anima tua & congre
gabo eos ad uersum te undique
filios babilonis & uniuersos chalde
os nobiles tyrannosque principes
omnes filios assiriorum iuuenes pul
chros egregia duces & magistratus
uniuersos principes principum &

nominatos ascensores